

RMIr. III.

86/a.

Cybelei de Laudibus, et vitup. Vini, et Aquae 1517

Uj lat. ir. Qu.

120.

R. M. Dr.

III. 86.a

6.

**Opusculum De Laudi
bus & uituperio Vini & Aquæ Va
lentini Cybelei , Canonici Eccle
siarum Quinq;ecclesiæ.
& Alben.**



Digitizálva a Google Nyelvtár
Digitized by Google, Google-digitált kiadás
Digitized by Google, Google-digitált kiadás
Digitized by Google, Google-digitált kiadás

M. ACADEMIA
KÖNYVTÁRA

REVEREND. DOMINO DN. GEORGIO
EPISCOPO QVINQVE ECCLESIEN.
Cancellario Regio, Valentinus Cybeleius Ca-
nonicus Ecclesiae Alben. sui humillimam
Commendationem.

APELLES ille Cous eximus p̄stor, qui si Plinio cre-
dimus, omnes in arte pingendi ante se genitos, & etiam
futuros superauit, nihil unq̄ quod dignum esse uoluit
antea īpē probauit, nisi prius illa aliorum iudicio exponeret,
ut si plures laudassent nec aliquid reprehensione dignum inue-
nissent, ea tunc de munus absoluta existimauit, tunc se cuiusq;̄
opponentis certamini tuto & fidenter seruare non dubitauit
ut qui multorum industria plurifecisset, quā sui unius de se
ac operū suorū (licet sua semp magis q̄ aliorū cuiq;̄ placeat,
& suo quisq;̄ studio maxime ducatur) opinionem. Quoniam
nemo ita sapit, nemo ita lynceus est, nemo ita excellenti p̄di-
tus est prudentia, quin aliquā labatur & cæcutiat; si aliorum iu-
dicio se exponere dedignetur. Et eū esse extremitati ingenii (pro-
ut credit Liuius) qui uel natura negatē quod optimum factu-
sit, consulere nesciat, uel præsumptione temeraria sibi plus q̄
deceat tribuente, quod in rem sit ab aliis exquirere, aut recte
exquirendis non parere audeat sicut ille optimus sit, qui & re-
cte consulat, & quæ restā sint uel ex suo uel aliorum iudicio
multo ante expēdat. Ego uero in præsens idem quod Apelles
(quamuis in re dissimili) facere cupiens, hæc exigua p̄exerci-
tamenta ingenii sub unius declamationis titulo contenta, &
e tenebris tandem in lucem prodire cupientia, nō existimauit
tutum esse, si antea illis exēstū libertas daretur, quā limam &
iudicium aliorum subiissent. Tuo igitur Reuerend. dñe & pa-
ter ea iudicio expono, immo te iudicem & arbitrū exposco,
qui & solus mihi loco multorum es, & qui iustissimus ac alter
Aristides uel Bochorus, alter Rhadamanthus & Minos ab o-
mnibus habearis, ut tuam interponendo authoritatem uni e
duobus coram tua dominatione reuerendissima caussa m ha-

bentibus ius suum administrare digneris. Non enim uereor
quia cum mihi pater & tanquam deus sis, ne fauore inductus
alteri aduersario meo iniuriā facias. Nec quia cū mihi adeo
seuerum quādōq; te exhibeas rarius in colloquium (Nam sit
licet in natos facies seuera parentum. A equa tamen semper
mens est & amica uoluntas) admittendo, ob hoc existimabo
ut si iustior em habeo caussam me tanquam prophanum re
pellas, qui aliis ut communem & equitatem custodias propriam
tuam utilitatem sēpissime negligere soles. Et qui comunia
pro tuis habeas, tuaq; pro communib; exhibeas, qui ob synce
ritatem & tam incorrupte in iudicādis litibus iusticiam respe
ctum oculus ipsius iusticiæ appelleris, quem deniq; nunq; uel
numus, ut persona, aut preces de recto tramite ita seducere
poterūt, quin cuiq; quod suum esset tam recte persolueris, ut
nullum unquam tristem a te abire dimiseris. Caussam autem
utriusq; litigantis Reuerend. dñe in processu declamationis
adeo manifestam deprehēdes, ut sine aliqua nimirum diffi
culturē cognoscis cui potiores debeant partes attribui. Scio
enim tuæ Reuerend. dñationi iam non de esse aut uoluntatē
aut tempus ad hæc legenda & pertractāda, præsertim quia nō
ob id publicis negotiis te exoneraueris, uel q; lusib; nihil eru
ditionis aspergas, nec aliquid ludicrum pro temperamento
qñq; adhibeas, uel q; eos etiam priuatus ate repellas, quos ma
ioribus rebus implicitus inter publica tractāda minus agno
ueris, erunt fortassis quædam quæ ad stomachum faciēt. Pro
inde ea fronte hæc exigua eminentissime Antistes in præsens
fuscipe, ut etiam maioribus (quæ in posterum emersura sunt)
aditus ad te ueniendi non intercludatur, talemq; te in his iu
dicem exhibeas, ut ipsa ueritas non minus se tibi debere fate
atur, quam hi qui te semper & pro benefactis & pro æquitate
syncero pectore uenerati sunt, Vale fœliciſ. cui me
seruolum addictiſ. unice commendo. Ex Alba
Regali. Pridie Idus Ianuar.

3

DECLAMATIO VALENTINI CYBELEI,
DE VINI ET AQVAE POTORIBVS,
Utrū hi, uel illi laudabiliores sint. Vbi nonnulla
de Vino & Aqua, quatinus utraq; secundū suos
gradus, uel ad laudē, uel uituperium tendant
inseruntur, ad Dn. Ladislauum Macedo
nium Archid. & alicum.

SCIO A M A N T I S S I M E D O M I N E L A D I S
lae, q; omne promissum sub debitum cadere uidetur, ubi
præsertim promissum non obseruatum honesta ratione
uelari nō potest. Memini cum nuper Quinquecclesiis in do
mo Reuerend. dñi Michaelis Doctoris, Vicarii, inter cœnan
dum quædam inter nos disceptaciunculae tractarentur. Et in Accentuū
ter cæteras métio fieret de natura & obseruatione accentuū, natura.
sine quibus ita nulla dictio potest esse, sicut nulla uox sine uo
cali. Nec tamen satis intelligeremus, quomodo iidem ipsas di
ctiones moderarent̄, licet quædam exemplaria præ manibus
haberemus, sed Gordiano nodo similia. Et perinde pollicitus
esset tibi me missurū facilē modū, quomodo & obseruari &
intelligi possent, & quot essent in qualibet dictione ponendi,
put ip̄e ab Aldo accepissem. Quare pmissis satisfacere cupiēs
collegi hic qdā de eis ut sequit̄. Accēt̄ esse decē numero, uide
licet, acutū, graue, circūflexū. Cæterū, dī boni, Ecce occurrit
mihi qstio a te in principio pposita de aquæ & uini potorib;
utrū hi, aut illi laudabiliores sint: & utrū poetarū qspiā rept̄
sit q uino abstinuerit. In quo tñ ego tibi in p̄sentiarū uix satis
facere possem, ne si ueritatē dicere uel odiosus sim, uel nō cre
dat mihi. Qñquidē obsequiū amicos ueritas odiū parit. Vnā
em̄ istarū partiū laudando, & alterā improbabō, uel mihi p̄si,
uel tibi uidebor facere iniuriam, qui tñ & mihi & tibi amicus
esse debeam, ac perinde ab iniuria inferenda cauere. Verum
amicus Plato, amicus Socrates, maior amica ueritas. Lauda/
Amicus turus igif uel uituperaturus in eo non meis propriis nitar te Plato, sed
stimoniis, sed aliorum authoritatibus qui de uini & aquæ na amica ue
tura, aut eorum potoribus quippiā & dixerunt & scripserunt. ritas.

A iii

Q^u si aqua & eius amatores pluribus clarorum u^rorum dif-
fici & exemplis, tanquam non laudanda afferetur, iam tūc de-
facili ab illa opinione cedam, in qua dum hæc nuper tractare
mus perstabam, & libens tibi tanquam uistori herbam porri-
gam. Si aut de uino eadem fiant, feras itidem æquo animo,
nec me nec ipsos scriptor^s in eo accuses, sed ipsius uini natu-
ram, quæ se minus laudare permittat. ¶ Fateor ego quidem
q^u & uinum bonum sit, quia creatura dei. Cuius etiam potato-
rem scimus Christum fuisse, dum uel aquam in uinum cōuer-

Vinū mo- teret, & q^u modice sumptum acuat intellectum hominis, ani-
dicū quan- mæ & corpori robur addit, uirtutem excitet, & animum ad-
tum prosit sua officia alacriore reddat. Sed quis ibit inficias, q^u sicut mo-
deratum humanas uirtutes ac uires uegetet. Ita immoderatū
destruat & eneruet, rationem perturbet, intellectū obscuret,
memoriam hebet, obliuionē immittat, errorem infundat,
ad ignorantiam perducat, & q^u ingénium obnubilet, métem
& sanitatem mentis concutiat, ualitudinem corporis profi-
get, sensus penitus lapsabūdos, & hominem non solum ex ho-
minis potestate exire, sed etiā hoīs nomen amittere faciat, &
pindē brūtum fieri. Quādoquidem dum ebri⁹ se ipsum igno-

Ebrietas se rat, quis non nouit, q^u non plus sapiat q^u uel pueri, uel anniculi
nib⁹ & pue senes. Recte autem Plato in libris de re publica dixit, q^u non
ris compa- tantum senes bis pueri fiant, sed multo magis ipsi temulentī.
ratur.

Quin & Plutarchus scribit, q^u olim lethargum & obliuionem
ipſi ueteres Dionysio consecrabant, nō aliā ob causam, nisi
quia in uino delinquentes officii obliuiscerentur, & admoni-
tione egerent puerili. Quamprimum enim aspergine uini sa-
nitas mentis expugnatur, tunc omnium rerū obliuio, & ipſi⁹
memoria mors subsequatur necesse est, immo etiam furor.

Vinū non Prouerbium est apud Athenæum. Vinum nō habet clauum,
habet cla- Quod propterea dicitur, quia nihil cōsulte dicit aut facit, eo
uum nec q^u ratio obruatur, quæ clavi uice sobrios moderatur & regit,
consilium, dum autem ita uino marcens obruta sit, iidem agit (ut Isocra-
tes in sua præceptua oratione dixit) quod currus auriga spo-
liatus, hic enim aberrans a gubernatore incomposito rapitur

& animus mente corrupta quid rectum sit despicere nequit. Vinū non
Alibi it em apud Athenæum prouerbialiter exprimitur, q^u ui habet cal-
num non habeat calciamentum, quia ebrius ex omni parte ciamentū
pateat, & non aliter q^u speculum omnia perspicua reddat. Ad
hoc dixit Seneca in epistolis ad Lucil. Quemadmodum, inqt,
dolia ipsa rumpuntur, & omne quod in imo iacet, in summā
partē uis caloris eiectat, sic uino exætuante quicquid in imo
iacet abditum effertur, & prodit in mediū onerati mero, quē
admodum non continent cibum uino redundant, ita nec se
cretum quod suum est, & alienum pariter effundunt. Audi au-
tem quemadmodum Zenon uir maximus colligat uirū bo-
num non futuris ebrium. Ebrio nemo secretum sermonem non erit
committat, uir ergo bonus ebrius non erit. Quemadmodum ebrius,
opposita interrogazione simul derideatur attende, dormiēti
nemo secretum committit, uiro autem bono committit, uir
ergo bonus non dormit. Interim si hoc colligere uis, uirū bo-
num non debere ebriū fieri, cur simile agis, dic q^u turpe sit plus
sibi ingerere q^u capiat, & stomachi sui non nosse mensurā quā
multa ebrii faciunt, quibus sobrii erubescunt. Nihil aliud esse Ebrietas
ebrietatem q^u voluntariam insaniam, extende in plures dies uolūtaria
illum ebrii habitum nunquid de fure dubitabis? Vnde recte insanias.
Aeschylus poeta extulit, q^u æ formæ uinum autem men-
tis speculum sit. Et Theognes ita: Igne probant homines auge
argentum q^u periti. Ast hominis uinum monstrat aperte ani-
mum. Nec mirum q^u sic homines in insaniam uertantur, dum
nihil sciant reticere, & stulte loquendo reticenda manifestēt.
In uino siquidem (sicut in prouerbio habetur) ueritas est. Et In uino
ob id ueritas a Platone in Alcibiade filia uini credita est. ebrietas.
Quiequid enim in pectorē est conditum, id ebrietas in aper-
tum profert, omnem animi fucum tollens. Ad quod aspiciēs
quidā Persa celebrissimo apophthegmate negavit tormentis
opus esse ad exquirēdum uerum, quia uino rectius eliciat,
Ebrius enim ut August. ad sacras uirgines scribit, dum nihil
consequitur sanum nullo alio cogente præter uinum cordis
sui arcana patefacit, & amicorū sibi commissa secreta in me-

dium prodit. In quam sententiam habes illud Horatii dictū.
Reges dicuntur multis urgere cululis. Et torquere mero quē
prospexit laborant. An sit amicicia dignus. Item alibi. Tu le
ue, inquit, tormentum ingenio admoues. Plærung⁹ duro, tu sa
pientium curas, & arcanū Iocoſo Consilium retegis lyæo. Nā
quis id ignorat, q̄ quicq̄ id in corde est sobrii, id in lingua se
dere ebrii, & q̄ uinum & cum pueritia & sine pueritia ueridi
cum sit. Adde non aliam cauſam fuisse cur olim (ut adhuc in
Cur olim sacris literis legitur) uetaretur, ne regibus uinum dare tur, nisi
uinum re q̄ ibi nullum possit esse arcanum ubi regnet ebrietas. Nā qd
gibus non non ebrietas (ait Horatius i. epist.) designat operta recludit
dabatur spes iubet esse ratas, ad prælii trudit inermē, sollicitis animis
onus eximit, addocet artes. Fœcidi calices quem non fecere
Icarus pri disertum. Scribūt poetæ Icarum Oebali Laconum regis filiū
mus uinū ac patrem Penelopes ob summam iusticiam & pietatem, qua
ostendit prædictus erat a Libero patre loco muneric suscepisse, ut pri
mortali⁹ mus omnium uini usum mortalibus ostenderet, qui id quidē
apud Athenieñ ostendit, sāua tñ mercede, mox enim poenas
dedit, quem ipsi coloni & messores ebrii (illis em̄ id in primis
ad potandum dederat) interfecerunt, eo q̄ uenenum se ab eo
acepisse crediderant. Vel Propertio lib ii. eorum factum ita
approban te. Icare Cecropiis merito iugulate colonis. Quare
in multis locis poena mulstabuntur, qui in uineas prodibant.
Quoniā uinū sit, testante Plinio, quod ad procinctum tenden
Vinū im tibus semper impedimentum sit. Cuius cum multa & prope in
pedimentū finita sint uitia, tum illud in primis licet in medium proferre
ad p̄cinctū quod Philostratus libro ii. scribit de uita & gestis Apollonii
tendēti⁹. Thyanæi, qui cum rege Pharaote confabularer disputans ta
liter differuit. Salutauit inquit rex Apolloniū interrogavitq̄
ab eo quid nam meditaretur. Neq; enim dormire te nimium
arbitror cum aquam bibas & uinum cōtemnas. Tum Apollo
nius. An non dormire censes eos qui aquam bibūt. Dormire
inq; arbitror, rex inquit, sed per leue in somnum, & qualem di
cimus summis oculis insidere, non autem menti. Immo uero
, inquit Apollonius, utroq; dormiunt, forte etiā mēte magis,

5

nisi enim quieta mens fuerit, nequaq̄ oculi somnum sucipi
ent. Propterea furiosi homines dormire nequeunt propter af
fiduam mentis agitationem. Quæ cum in alia ex aliis iugiter
cogitando transiliant torue impudenterq; aspiciunt, sicut in
somnes dracones. Quoniam igitur o rex manifeste interpretati
sumus quid somnus operetur, cōcedam si ebrium ipsum sup
posueris etiam non dormire. Debacans enim & quasi furēs Ebrios nō
animus multipliciter illū deuoluet, & plurimis implebit per posse dor
urbationibus, uidetur em̄ sibi omnes qui concepta ebrieta mire.
te dormire nitunt nunc usq; ad domus culmen attolli, nunc
rursus sub terram detrudi, & tali agitari uertigine, quali circū
uolui Ixionem fabulæ perhibent. Et ut in hanc eandem sente
tiam accedens Lucretius lib. iii. de rerum natura dicit. Nec re
perire potes quid sit tibi sāpe mali, cum ebri⁹ urgeris multis
miser undiq; curis, atq; animo incerto fluitans errore uagaris Ebriorum
si possent homines proinde ac sentire uidere pōdus inest ant curæ.
mo, quod grauitate fatiget, atq; quid effugere haud potis est,
inuitus adhæret & odit. In uino etenim magnum inest uitium,
quod pedes patrum captet, ut ait Plautus, quoniam luctator Vinum lu
pessimus est & dolosus. Paululum igitur sublato capite Apol̄ etator pes
lonius, Quanto, inquit, nos qui aquam bibimus dulcibus so
simus &
mnis magis abundemus, q̄ cui uinum bibunt iam ostendam dolosus
tuam rationem secutus. Quod autem multis agitur pertur
bationibus, & quasi furiis quibusdam uexetur ebriorum mēs,
rest te abs te dictum esse fateor, uidemus enim ebrietate corre
ptos geminam lunam, geminum solem sese uidere arbitrari,
alios non minus lapsos & pene sobrios nihil quidem tale co
gitare, sed latititia gestire, & uoluptate quadam perfundi, idq; Morbi in
non ob aliquam p̄cclaram actionem ab eis gestam plærūq; saniae.
cōtingit. Alii uero forenses orationes meditantur, cū in foro
nunq; sint locuti, & se diuites putat, cum nec drachmam possi
deant. Hi autem sunt o rex insaniæ morbi, ipsa em̄ latititia mē
tes agitat, plures em̄ uidi qui bona quadam fortuna potitos
sese arbitrantes somnum capere non poterant, sed excitati
in medium prosiliebant, quod satis argumenti est ipsa etiam

Media
menta so
mai.

boni curas sollicitudinesq; præbere. Sunt autem quædam & medicamenta ad faciendum somnum excogitata, quæ si qui biberint, aut sese iis lem perunxerint tam pro funde dormiunt ut mortui uideantur, inde tam oblitiosi surgunt ut ubiuis potius q; ubi sunt sese esse arbitref. Quod igit; potiones corpori aut animæ neq; proprium neq; legitimum somnum inducunt sed aut ita profundum & semimortui ui leatur, aut leuem ad modum, & a quibus accidentibus rumpi facile te puto cōser-
Aquæ po surum, nisi pertinax potius q; disputator & esse & haberri uolu-
ris. Aquæ autem potores singula perinde ut sunt, uident, neq; tores puro sibiipsis ea quæ non uident, nec sunt, describunt aut figurant, somno & n:q; leues sunt, nec unq; aut torpore aut stultitia referti, nec su-
puro esse pra q; deceat hilares, sed semper sibiipsis ad sunt ratiocinatori intellectu-
bus similes, non uespere minus q; mane. Nunq; enim tales ho-
mines dormitabunt, etiam si in multam noctem fuerint ope-
rati, nec somnus eos tanq; dominus urget, caput uini seruum inuidens, sed liberos semper & toto corpore sese erectos præ-
bent. Cum autem dormitum accesserint anima pura & quie-
ta somnum capiūt, neq; prosperis elati successibus, nec aduer-
sitatis ullis depresso. Mens: n. sobria moderata sese ad utraq; habet, nec ab alterutra perturbatione superatur. Præterea cu-
ris uacua duicissimo & iucundissimo somno perfruens nullis casibus excitatur. Per somnia insuper uanticinationem, q; apud
Vaticinati homines diuinissima existimatur multo facili⁹ conspicit ani-
ones citius ma uino, non suffocata, sed pura mundaq; omnia, quæ uiderit
aque q; ui facile colligit & discernit. Quapropter somniorum interptes
ni potores quos oniropolos appellat poetæ de nulla unquam uisione an-
noscent. tea consultoribus respondebant, quam uisionis horam scisci-
tati essent. Nam si matutino tempore somnum apparuerit,
tunc de illo aliquid coniectari se posse arbitrabatur, quia tunc
recte uaticinari posset anima cum esset uino ciboq; liberata.
Sin uero primo somno, aut media etiam nocte, cum adhuc ui-
no suffocata demersaq; est anima somnum dicerent apparu-
isse, sapienter quicq; respondere abnuebant. Quin etiam deos
iplos itidē iudicare & sobriis animis potius oracula tribuere

breuibus ostendam. Fuit quondam apud græcos uates nomine **Amphia** Amphiaraus quem Thebis redeūtem terra uiuum absorbuit raus uates. ipse etiam nunc in attica terra uaticinans omnia potentibus inducebat, eos autem cum responsa accipere uolunt sacerdotes integrū diē a cibo, a uino autē triduo iubent abstinere, ut pura expurgataq; anima ostensorū ratiōē colligere melius possit. Quod si uinū idoneum somni medicamentum esset, iussisset profecto sapiens Amphiaraus contemplatores somniorū con-
trario modo sese pparare uino refertos tanquā amphoras in adytū descendere. Multa insup oracula & alia referre possem cū apud Græcostū etiā apud barbaros celeberrima in qb⁹ sa-
cerdos nō uino sed aqua potatus ex tripode respōsa petetib⁹ Vinum sa-
dedit. Vitiū autē ebrietatis cū i aliis cuiuscūq; cōditiois hoib⁹ cerdotib⁹
tū i primis i sacerdotib⁹ rephēdi debet, prout nobis ueteris te prohibet
stamēti authoritas suffragaf, ubi ministri tépli phibent uinū in utroq;
bibere, ne ebrietate grauēf corda eorū, & ut sensus eorū semp testamēto.
uigeat & tenuis sit. Dixit tñ de⁹ in Leuit. ad Aaron pontificē.
Vinum & om̄e quo i inebriare pōt nō bibetis tu & filii tui, q; n̄
intrabitis tabernaculū testimonii ne moriamini, ut habeatis
sciētiā discernēdi inter sanctū & pphanū, inter pollutū & mū
dū, doceatisq; filios Israel oīa legitima mea q; locut⁹ sum ad
eos p manū Moysi. Idē. Nazareis & sanctificatis dño pceptū ē
ut a uino abstineāt, nec quicq; quod ab uua ex p̄ssum est bibat.
Vuas etiā nec recētes nec siccias gustēt cū tis dieb⁹ qb⁹ ex uo-
to dño cōsecrati fuerint. In Ezechiele itidē habet. Vinū nō bi-
bat oīs sacerdos q; n̄ igrēsur⁹ est atriu interi⁹. Quare hoc: q; a
uini potatio & a rerū cognitiōē aim seuocat, & i mortis picu-
lū inducit, ut q; etiā in uita q; dū utile sit non satis puidere sinit
q; tuluscūq; etiā uini haustus. Et nō solū uinū sed & sycera phi-
bef, q; scdm Hiero. ē oīs potio q; iebriare pōt. Quin & noui in Sycera
stitutor testamēti christ⁹ saluator n̄ docet cauere nos debere quid.
ab illa i p̄a ebrietate ubi ait. Attēdite uobis ne forte grauētur
corda vīa in crapula & ebrietate & curis hui⁹ uitæ, & supueni-
at in uos illa repētina dies, tanq; laque⁹ em̄ supueniet in oēs q;
sedēt super faciem oīs terra. Vigilate itaq; omni tépore oran-

tes ut digni habeamini fugere omnia ista quæ futura sunt, & stare ante filium hominis. Vide & hoc quod scriptum est in Efraim su Esai propheta contra superbiam & ebrietatem Efraim & sacerdotum, quibus ita domini indignationem annuncians loquitur. Ve coronæ superbiæ ebriis Efraim & flori decidenti gloriae exultationis eis, qui erant in uertice uallis pinguissima errantes a uino. Pedibus conculcabitur corona superbiae ebriorum Efraim, quoniam præ uino nescierunt, & præ ebrietate errauerunt. Sacerdos & propheta nescierunt, præ ebrietate absorpti sunt a uino, errauerunt in ebrietate, nescierunt uidentem, ignorauerunt iudicium, omnes enim mensæ repletæ sunt uomitu sordiumq, ita ut non esset ultra locus. Quem docebunt scientiam: quem intelligere facient auditum: ab lactatos a lacte, auulos ab uberibus, quia manda remanda, expecta reexpecta modicum ibi. In loquela enim labii & lingua altera loquetur ad populum istum dominus dicens, Hæc est requies mea reficite lassum, & hoc est meum refrigeriū, & non luerunt audire, & erit eis uerbum domini manda remanda expecta reexpecta modicum ibi, ut uadant & cadant retrorsum, & conterantur & illaqueantur & capiantur, quoniam percussi sunt foedus cum morte, & cum inferno fecerunt pactum. Et cū Ebrietas nihil aliud sit ebrietas nisi rationis uile sepulchrum, & sapientis rationis se tiae expultrix. Quomodo acceptus erit minister regi nō pulchrum ligendo nec ambulando in uia immaculata ex quo ipsa & sapientia & mundicia in primis ministris dei necessaria sit, quo rum uita aliorum documentum esse debet. Vinum autem in Vinum in centiuum libidinis sit, quod ex prouerbiis Salomonis probatur centiuum. Luxuriosa, inquit, res est uinum & contumeliosa ebrietas, oīis libidinis, qui cum his miscetur non erit sapiēs. Quocirca idem ipse Salomon rex licet omni sapientia plenus esset, tamē sapientiore se fore putauit, si a uino carnem abstraheret, & abstemius uiueret. Cogitauit, inquit, in corde meo abstrahere a uino carnem meam, ut animum meum transferrem ad sapientiam, deuita remq stulticiam, donec uiderem quid utile esset filiis hominum. Nam non eiusdē hominis est (ait Hieronymus) uina de

gustare & prophetas intelligere, qui ad Nepotianū presbyterum de uita clericorum ita scribit. Modum ætatis & ualeitudinis pro corporum qualitate exigimus in potando uinū, quod absq uino ardeo, & ardeo adolescentia, & inflammor calore sanguinis i quo suspicio est ueneni. Canones etiā ecclesiastici præcipiunt clericis ab ebrietate & crapula penitus abstinentiū sub beneficiorum priuatione & suspensione officiorum. Qm̄ ebrietas & mentis exilium inducat, & libidinis prouocet incētiuum, prout habetur de uita & honestate clericorum. At sine Cerere & Baccho friget Venus, dixit comicus poeta. Nihil ue Ebrietas & ro, teste Ioanne Chrysostomo, ita est dæmoni amicum, sicut lasciuia ebrietas & lasciuia, quæ est mater omnium uitiorum, & oīum mater peccatorum radix & nutrix, ante omnia autem a clericis ueta ministrum uiri deberet. Ah utinā hæc nostri catholici presbyteri & sacerdiorum, dotes ita officiose, quæ præcipiuntur de hac abstinentia & uini moderata potatione obseruarent, prout multi obseruant immodestissimam bibendi consuetudinem, non quidem in meditationibus & orationibus ac cæteris factis suam conditionē & uitam concernentibus dies & noctes cōsumentes, sed in assiduis compotationibus, commensationibus, ebrietatibus, lasciuis, clamoribus, detractionibus, & aliis infinitis inconuenientiis, quæ ex hac nostræ benedictæ ætatis nescio quali contutidine pullulare solent. Non profecto tot euenirent scandala Causæ odii in populo, quot in dies eueniunt. Non tot odia pullularent & persecutions in ecclesiam dei, quot in dies pullulari uidem⁹, tiones iadū & diuinā iram, ac totius fere mundi in nos prouocamus clerum uindictam, dando uidelicet illis de nobis prauitatis exempla quorum ductores & correctores esse deberemus, aliena diripiendo qui aliis propria dare deberem⁹, dissidias & iuimicitias inter illos faciendo ac seminando, quos in amorem & cōcordiam inducere deberemus, in fastum & superbiam nos attollendo, qui tñ Christi humilis & pauperis ac apostolorum successores esse deberemus. Illos deniq male & nequiter irridendo, quos humiliter continent & sobrie uiuere conspicim⁹, immo nec uitam nec doctrinā qnq (plus enim comediarū

Comœdi q̄ euangeliorum & prophetarum lectio ad stomachum facit, as poti⁹ q̄ & non librum, sed liberum cum maiori semper desiderio ac prophetas affectu tractamus) præter nomen & ordinem sanctitatis ac legimus. sacerdotis habere dinoscimus. Et id etiam sacerdotium indigne p̄fumentes, dum nomen domini despicimus indigne ad altare accedendo, & panem quantum ad nos pollutum offerēdo. Hinc est q̄ sacerdotium respectui haberi cœpit fere ab omnibus, & illi etiam qui per sanctæ uitæ operationem Christum & apostolos eorumq; documenta sequuntur ludibrio & in derisum exponantur, quorum uita & doctrina maxime obseruari deberet. Hinc est q̄ pauci etiam iam ex secularibus recentum habeant affectum non modo in ecclesiæ commodum, sed ne quidem ad diuina officia & missarum solennia rite au Nomen sa diéda, cum sacerdotum illis nomen exosum sit. Hinc est q̄ eō cerdotum tineat inclamationes in clerū, Cōtinue in bona eorū in exosum uias, tanq; etiā illis indigni essent, quibus tam male exper uersa uiuendi consuetudine abutant. Sed unde hæc nō certe aliūde magis nisi ex int̄erperata uitæ in cibo & potu trāsgressione proueniunt, unde ratio obruta amittit, & odiū non tam hoium q̄ dei acquiritur. Hi em̄, ut scribit Hieronymus, & habetur in decretis ecclesiasticis, deliciis affuentes & inter epulas las & lasci atq; lasciuias pudicitiam seruare credunt. At propheticus ser uias pudi mo describit, q̄ eiiciendi sint de peruersis eorum domibus, & citiam seruandis cōuiuis. Et si uis scire quo eiiciendis sunt propter uare diffi malas cogitationes & opera sua, lege euangelium In tenebras cile est. scilicet exteriores, ubi erit fletus & stridor dentium. An nō cō fusio & ignominia est Iesum crucifixū pauperē & esurientem p̄dicare, & iejuniorum doctrinā farsis corporibus, rubentibus buccis, & tumenti ore? Si in apostolorum loco sumus non solum sermonē eorū imitemur, sed etiā conuersationē & abstinentiam. Ne merito in nos detorqueat illud Esaiæ dictū. Væ qui cōsurgitis mane ad ebrietatem sectandā, & potandū usq; ad uesperam ut uino aestuetis. Verecundari profecto debemus, q̄ qui se Christi imitatores & regni cœlestis hæredes profitemur, in his quæ sunt cœlestia, & christiano noīe digna

nos etiam ethnici & pagani superauerint & superant. Legim⁹ Sacerdotū siquidē apud Cheremonē stoicū, q̄ prisci ægyptiorum sacerdotes & carnis & uino semp abstinuerunt ab eo tempore abstinentia. quo se diuino cultui applicuissent, ut sensus tenuitate forent uegetiores. Idem de Eſeis apud Philonē, Eusebiū & Iosephū habetur, qui in Iudæa abstemii fuerunt, & quotidianū ieuniū in naturam uerterunt. Hæc cū ita sint quis non credit & aqua & hydropotas potioribus laudibus extollendos esse q̄ mero bibos. Probat em̄ Alexander in problematis, q̄ aquæ potores Aquæ puiſu, & cæteris sensibus (uinum em̄ copiosum spiritualibus uis toris uisu sensus obſtruit) multo sunt acutiores. Et in contrarium Salo & sensibus mon in prouerbiiſ. Cui, inquit, est suffocatio oculorum? nō acutiores ne his qui commorantur in uino, & student calicibus epotan esse q̄ uini disc ne intuearis uinum quando flauescit. Cum splenduerit in uitro color eius, ingreditur blande, & in nouissimo mordet ut coluber, & sicut regulis uenena diffundet. Oculi tui uidebunt extraneos, & cor tuum loquetur peruersa, & eris sicut dormiens in medio mari, & quasi sopitus gubernator amissio clavo. Et ut latius prosequar, liceat audire quid de Vini & ebrietatis laude catholici scriptores dixerint. Hieronymus. Vitia uini Quanto studio fugienda est ebrietas, quæ corpus domesti & ebrietas cum spiritus receptaculum reducit in sterquilinium, carnis tis colligū nostræ gloriām reducit in lutum, fugat prudentiam, cassat futurum, operatur naufragia. Augustinus. Ebrietas est flagitorum om̄nium mater, culparumque materia, radix criminum origo uitiorum, turbatio capitū, subuersio sensus, tempestas linguae, procella corporis, naufragium castitatis, amissio tem̄ Ebrietas poris, insania uoluntaria, ignominiosus languor, turpitudō naufragiū morum, dedecus uitæ, honestatis infamia, animæ corrupte castitatis la. Ebrietas in utroque sexu cuncta mala appetit, & nephanda committit. Et ut Apostolus ait. Regna cœlestia appetentibus denegat. Quisquis em̄ imoderatus cōuiuioq; medius amissis modestiæ frenis insana fuerit ebrietate prostratus, auersus respicit stantes, quos integros uidere nequit, aut sermone.

longo superflua uerba emittit, & uana dicta componit, male
Ebrius ma clamans, & bene sibi sonans, Assumit inter pocula iniusta cer-
le clamans tamina, & nullis existentibus caussis asperam excitat rixā, qā
sibi bene interponendo uerba uana aliorum sana dicta non patitur au-
sonat.

Alibi ebrietas aufert mō moriā, diffipat sensum, cōfundit itē
lectum, concitat libidinem, inuoluit linguam, corruptit san-
guinem, om̄ia membra debilitat, uitam diminuit, & omnem
salutem exterminat. Sic enim, teste Isidoro, carnales cupidi-
tates resecantur abstinentia, ita omnes animae uirtutes uitio
ebrietatis destruūtur. Innocentius de hominis miseria: Quid
Nil turpi⁹ turpius, inquit, ebriosor̄ cui fœtor in ore, tremor in corpore,
ebrietate qui promit stulta, prodit occulta, cui mens alienatur, & facies
transformatur. Alibi. Ebrietas cædis est mater, parens litium,
furoris genitrix, petulatiæ est magistra. Vbi nāq̄ regnat ebrie-
tas ratio ipsa exulat, intellectus obtunditur, consilia devincit,
iudicia subuertit, Thomas item sic. Licet ebrietas plurima
mala operetur, habet tamen hoc ipsa, q̄ mentem hebet et se-
creta reuelet, gestus deturpet, eloquium scandaliset, lites gene-
ret, ac corporis uires exterminet, cadere iubet, bene agere pro-
hibet, requiem impedit, sensum alienat, obliuionem inducit,
libidinem mouet, naufragiam prouocat, uisum minuit, & omni
uitute hominem destituit Seneca. Certe detegit omne uitiu
ebrietas, & incendit ubi possedit animum nimia uis uini, quic
quid male latebat detegit uel emergit. Non facit ebrietas ui-
tia sed protrahit, Tunc impudicus morbum profitetur ac pub-
Ex uino su licat, Tunc petulans non linguam, non manum continet, cre-
perbia & scit insolēti superbia, crudelitas sæuo, malignitas liuido, om̄e
crudelitas uitium grassatur & prodit. Adiice illi ignorantia sua dubia &
crescit. parum explanata uerba, incertos oculos, gradum errantem;
ueriginem capit, tecta ipsa mobilia uelut aliquo turbine
circunagente, totam domum stomachi tormenta cum effe-
uestit merum ac uiscera ipsa descendit. Tunc tamen utrumq;
tolerable est, dum illi uis sua est, quod cum somno uitiaf, quæ
ebrietas fuit crudelitas facta est. Est etiam apud Ecclesiasticū.

Diligentes inquit in uino noli prouocare, quia multos exter Vita uino
minauit uinum. Ignis probat ferrum durum, sic uinum corda minuitur.
superborum arguet in ebrietate potatum, æqua uita hoībus
uinum in sobrietate, si bibas illud moderate eris sobrius. Quæ
est uita quæ minuitur uino? Quid defraudat uitam? Mors. Vi-
num in iucunditatem creatum est, & non in ebrietatem ab ini-
tio. Exultatio animæ & corporis uinum moderate potatum,
Sanitas est mentis & corporis sobrius potus. Vinum multnm
potatum irritationem, & iram, & ruinas multas facit. Amari-
tudo animæ uinum multum potatum, Ebrietatis animositas
imprudentis offensio, minorans uirtutem, & faciētes uulnera
In cōuiuio uini non arguas proximum, & non despicias eum
in iucunditate illius. Verba improperii non dicas illi, & non
p̄mas illum in repetendo. Cur hoc ne furiosum in furiam &
insaniam accendas. Alibi dicitur, q̄ uinum & mulieres aposto-
tare faciunt sapientes a deo. Sicut enim mater fidei est conti-
nentia, ita perfidiae mater est ebrietas. Hanc qui habet, ut dixit Ebrius nō
Bernardus, non facit peccatum, sed ipse peccatum est, quia est facit pecca-
dæmon blandus, uenenum dulce, rabies uoluntaria, illecebra tū, sed ipse
uoluptatis, deformitatis magistra, pudoris iniuria, quā nullus ē peccatū,
nouerit christianus, quia seipsum non habet, teste August. qui
illam habet. Et sicut in ebriis, ut idem August. ad sacras uirgi-
nes scripsit, non ratio ulla, non ullum uitæ gerendæ consiliū,
nec ulla artium, aut gestorum, aut lectionū memoria, aut in-
dustriæ prouidentia est. Ita econtra in sobriis sobrietas est
recti iudicii tenax, memorie recordationisq; inseparabilis sa Sobrietas
pientia, secretorum custos, arcani uelamen, lectionum & do-
ctrinæ capax, studiorum & artium bonarū disciplina pariter
& magistra ingeniorum, & capiendarum pedissequa, bonæ fa-
mæ semper auida, salubria atq; utilia creās, uirtutis singulare
auxilium, cuncta cum ratione disponens, congregationi ho-
nestorum semper inhærens: Plato item in suis libris legū p̄ci-
pit, ut pueri usq; ad ætatem duodeuigesimi anni om̄ino uino pueris in
abstineant. Quia si ad feruorem ætatis calor uini addatur, tūc hibitum.
ignis igni suggestur. Idem, inquit Hieronym⁹ ad Eustochiū

qui uinum duplex est in adolescentia incendium uoluptatis, q. a
oleum flammæ adiicim⁹ Prohibet & Plutarchus in præceptis
Pueros mi de ualitudine ut ne ignis ad ignem, impletio ad impletionem
nus sitire merum ad merum addatur. Quandoquidem pueri & etiam se
q. uiros. nes (testis est Aristoteles in problematis) citius tentantur &
uincitur, isti defecti ill⁹ excessu caloris quasi natura debilita
ta. Minus tamen pueros sitire q. uiros, licet non minus calidi,
sint q. uiri, quia uidelicet eorum calor humid⁹ sit, uirorum ue
ro siccus. Quibus omnino usq; ad quadragesimum ætatis annū
paruuus usus admittebatur. Postea autem liberum fuisse etiā
licentiosus, p. æsertim cum senioribus, sed ita ut tunc mente
exhilarati, reliquo tempore se cōtinissent. Quoniam (ut scri
bit Macrobius lib. vii. saturnalium) qui fiūt crebro ebrii cito
Ebrii cito senescunt. Alii ante tempus competentis ætatis, uel caluicio,
senescunt. uel canicie insigniuntur, quæ non nisi inopia caloris eveniunt,
Nam uino forma perit, uino corruptitur ætas, dixit Proper
tius. Quamuis adolescentes perpauci ad senectutem perueni
ant, præsertim qui ante tempus uino plus q. deceat utatur. Illa
enim ætas (teste Cicerone in de senectute) multo plures q. sae
uum mortis casus habet, facilius in morbos incident adolescentes,
grauius ægrotant & tristius curantur. Semper autem
Frugalitas bona ualeudinis, ait Val. Maximus lib. ii. quasi quædam ma
mater est ter est frugalitas, inimica luxuriosis epulis, aliena a nimia ui
bonæ uale ni abundantia. Habes in Ecclesiastico q. qui abstinent est adii
tudinis. ciet uitam Et quam sufficiens est hominum eruditio uinum exi
guum, & in dormiendo non laborabis ab illo & non senties
dolorem. Aristoteles etiam tam de sōno & uigilia q. in lib. po
liticorum scripsit, Vinū bibere non cōuenire pueris, sed bonū
sine illo esse. Ex eo qñquidem compertum est pueros hebetio
res fieri (sicut est apud Aul. Gel. in noctib⁹ attieis lib. iiiii.) atq;
hinc elici surditatē, inproceraq; fieri corpora eorū, minusq; adu
Vino iprolescere. Oia uero cōtrario modo evenire his qui parce tā uino
cera fieri q. cibo urunt. Hi em̄ diutissime uiuunt, & sani ac integri ad se
corpora nestam pueniunt. Et cū senectutis multa sint & prope infinita
puerorum incōmoda, nullus tū minus sentiet onera senectutis q. qui uel

16

AB

abstinens, uel abstemius est. Vidi ego multos in senectute sc̄li
cissimā egisse uitā q. uinū nō biberūt. Immo tacere nō possum
quin tibi quēpiā in mediū afferā, ut exēplis magis iudicaris, si Laus Ioan.
forte distis fidē adhibere nolles. Nostī tuipse egregiū illū & Borne
uenerandæ canicie senē Ioannē utriusq; regis nři nutricium, myſiae.
q. tota Pānonia, q. uino careat & abstemi⁹ sit, Bornemyſſa
uocat, q. agili sit corpe, q. sana mēte, ut qui cū duorū fere secu
lorū hō sit, nō tñ in illo aspicias q. oculi eius caligēt, aut au: es
grauiter audiāt, aut capilli fluāt, facies in turpē pallorē mutet,
détes minuan̄, cutis arescat, pectus suffocef, q. tussi cachinnet
aut genua trepidēt, aut tali & pedes tumore inflent. Cū tñ si il
lum currentē aspicias, dices res uix duorū esse lustrorū hoīem,
nisi canicies mōstraret, q. hoī in senectute est ppria & natura
lis, in quo nec uirtutes corporis sensitiuae minui incipiūt, nec sa
piētia crescere definit, q. & in grauitate morū adeo matur⁹ est
in repr̄imēdis uitiis fortis, in cōstātia & autoritate p̄cipiuſ, in
uerbis dulcis & affabilis, in sentētiis sapiēs & subtilis, in ætate
ac mēte honorabilis, in cōſilio prudēs, in aīo nō pusillanimis
aut formidolosus ut null⁹ sit q. etiā uidēs nō statim uel in admi
rationē uel in suas laudes spōte p̄cipiat, eiusq; naturā nō extol
lat, nisi em̄ laudatissimi illius senis & abstemii téperātia cū so
brietate cōiūcta, nisi maturū cōſiliū cū fortitudine & audacia
supiore anno fuisse, nulli dubiū est qn actū erat nō solum de
nobilitate, sed certe de tota patria, dū furiæ illæ ifernales Cru
ciatorū gēs nihil p̄ter crucē christianū hñs in uino & anguine
ratiōe demersa baccharef, & more ferarū saeuiret Georgiū Si. Cruciferi
culū ducē suū & beluā illā mero spumātē & temulentū Belial nil præter
sequēs, Christū blasphemās & negans sub quodā religiōis & bo crucē chri
nitatis p̄textu, innocētiā extirpās, solā crudelitatē summā uir stianum
tutē credēs, cui sceptrū regiū & administratio impii deberef. habent.
Cum enim iam fere Hungaria in gladio & sanguine occupata
Budam regiam sedē expugnare moliref, & caſtra ad primum
ab urbe lapidem locasset hoc solum & extreum sui laboris
opus credens q. regem iam senio cōfectum cum liberis Ludo
uico rege & Anna regina intercepisset, nec ampli⁹ inueniref,
C ii

NB
qui pro regibus & patria se opponeret. Ecce hic solus abstemius senex herculeam audaciam resumēs, canumq; caput deo uens cum hydra multorum capitum belua bellum suscipit, solum sobrius cum bacchanalium exercitu inter merum & sanguinem fatigato congregitur, & uictor euadit, ac patriam & reges sua uirtute a tāto periculo liberat, dignus certe qui instar numinis coleretur, & non solum laurea uel querna sed aurea profecto corona insigniretur. Tanto utiq; merobibis pferendus, quanto dignius uit, ut sobrius cū paucis plures uinceret, qui uino & stuantes ignominia honori improbitatem uirtuti crudelitatem pietati præferebant.

Mulierib⁹ Ro. uinū bibere nō licuit. Mulieribus quoq; Romanis & totius Latii Romulus aduentam uenerem inhibendam perpetuum uini usum interdixit, temulentiam ipsam principium corruptionis in fœmina esse ratus. Quia, ut scribit Val.

Maximus lib. ii, proximus a libero patre intemperantiae gradius ad inconcessam Venerem esse consuevit. Quæcunq; enim inquit fœmina uini usum immoderate appetit, & uirtutibus ianuā claudit, & deliciis aperit. At sobrietas, Augustino teste ad sacras uirgines, in fœminis ad terram deponit aspectum,

Sobrietas. Sobrietas cum summa trepidatione & silentio irreprehensibilitate caſtitatis & pudiciciae emittit uerbum. Ebrietas uero impudoratu facit fœminæ & sermonem & uultum. Sobrietas enim in fœmina mētis & sensus est membrorum omnium corporis q; tutela, caſtitatis pudiciciae & munimētum, pudori proxima, amiciciae pacis q; serua, honestatiq; semper coniuncta, criminumq; & omnium uitiorum profuga. Mutius etiam Scœuola legem statuerat ut si

qua mulier uinum bibisset uestalis nunq; fieri permetteretur. Et ob hoc, teste M. Catone, mos ac consuetudo in ciuitate inoleuerat, ut uiri ac propinquai domum reuersi coniugis ac filiarum osculum posceret exploraturi an temetum oleret. Propterea aiunt Aegnatium uxorem suam ex dolio fuste interfisse, quia uinum bibisset, & a Romulo cædis absolutu. Cn. Domitius iudex mulierem quandam dote multauit, q; uinū incio uiro suo gustasset. Stulla itē morte damnata est ob eam

